



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DXXI. Bischof Hieronymus bestätigt die Anlegung einer neuen Kapelle an dem Orte bei Brandenburg, wo die Juden den Leib Christi gemißhandelt haben, am 6. Nov. 1516.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

DXX. Papst Leo überläßt dem Kurfürsten das Patronat und Präsentationsrecht über die Dompropsteien zu Brandenburg und Havelberg, am 9. Sept. 1514.

Leo, Episcopus, servus servorum dei, dilecto filio nobili viro Joachim Marchioni Brandenburgensi etc. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat, quod cum Brandenburgensis et Havelbergensis Ecclesie olim Premostratenfis ordinis, nunc vero ad statum secularem auctoritate apostolica redacte, a Marchionibus Brandenburgensis progenitoribus tuis fundate et dotate fuerint ac plurimum interfit Marchionis Brandenburgensis pro tempore, qui eciam sacri Romani Imperii princeps Elector et dictarum Ecclesiarum defensor existit, ut in eisdem ecclesiis, que cum variis bonis in eius marchionatu temporali dominio consistunt, sint Ministri et statui suo affecti saltem non suspecti et qui aliquid contra statum suum attemptare non possint, ac propterea tamen, qui eciam ad dictas ecclesias singularem gerens deuotionis affectum summopere desideres, Juspatronatus et presentandi ordinariis locorum personas idoneas ad Preposituras dictarum Ecclesiarum, que tibi respectiue dignitates post pontificales maiores existunt — Tibi et eisdem Successoribus tuis Marchionibus Brandenburgensibus — perpetuo referuari et concedi, Pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, vt tibi et successoribus tuis prefatis Juspatronatus et presentandi personas idoneas ad dictas Preposituras — concedere — dignemur. Nos igitur ad tua tuorumque predecessorum grandia merita condignum respectum habentes ac propterea te et successores tuos prefatos specialis gratie fauore prosequi volentes — Juspatronatus et presentandi — ad dictas Preposituras — dum illas deinceps per cessionem vel decessum dilectorum filiorum Friderici Brifick Brandenburgensis et Cristiani Wulffke Havelbergensis et qui eidem Cristiano in Regimine et administratione prepositure Havelbergensis huiusmodi cum prouisione illius extunc prout ex ea die et econtra cum vacauerit Coadiutor — deputatus existit Magistri Johannis Blankfeldt clerici Brandenburgensis diocesis Notarii nostri — Tibi postquam dotem vtriusque dictarum Prepositurarum ad quartam partem ipsius dotis auumentaris — concedimus et referuamus — Datum Rome apud sanctum Petrum, Anno incarnationis domini Milleesimo quingentesimo quarto decimo, quinto idus Septembris, pontificatus nostri Anno secundo.

Nach dem Kurm. Lehn-Copialbuche des K. Geh. Kab. Archivs III, 315.

DXXI. Bischof Hieronymus bestätigt die Anlegung einer neuen Kapelle an dem Orte bei Brandenburg, wo die Juden den Leib Christi gemißhandelt haben, am 6. Nov. 1516.

Hieronymus, dei et apostolice sedis gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, Ad perpetuam rei memoriam vniuersorumque notitiam per has nostras patentes literas deducimus, Quod nobis nuper pro parte circumsectorum nobis in Christo dilectorum proconsulum et Consulium veteris Brandenburgensis civitatis oblata continebat peticio, Quatenus ipsi pro summi dei laude genitricisque sue gloriosissime virginis Marie omniumque supernorum civium honore ac presertim vivifici Corporis domini nostri Ihesu Christi ac suarum suorumque sequatium et predecessorum viuorum et defunctorum animarum salute et refrigerio, quandam Novam capellam In loco, quo perfidissimi Judei Teyle sacramentum Corporis domini nostri Ihesu Christi variis affecerunt contumeliis et opprobriis manibusque suis Indignissimis contractarunt, de novo erigere cumque annua pensione dotare et fundare deliberarunt,

proque dote ipsius quindecim florenos annui census videlicet apud quendam dictam Prummenaw duas sexagenas Marchiicas, apud quendam dictum Schatten vnam sexagenam, apud Valentinum Wulf Bra-
fiken vnam sexagenam In villa Crane tres florenos, apud provifores ejusdem Capelle pro tempore
existentes duas sexagenas et apud Achim Baliz mediam sexagenam sub titulo emptionis de retroven-
dendo emptos et comparatos, prout hec in literis et registraturis desuper confectis latius continentur,
singulis annis per magistrum et possessorem dicti altaris sublevandos, percipiendos et emonendos ac
vnam domum prope eandem capellam de novo extractam perpetuis futuris temporibus dederunt, depu-
tarunt et assignarunt. Qua propter nobis tam humiliter quam devote supplicari fecerunt, quatenus
census antedictos cum eorum summis capitalibus acceptare Juribusque, privilegiis, immunitatibus et
libertatibus ecclesiasticis Insignire et decorare, Literisque bonis ecclesiasticis munerare Ipsosque capelle
antedicte pro dote et sui ministri pro tempore existentis competentem sustentatione unire, Inferere, ap-
propriare et Incorporare Ipsamque capellam sic dotatam in beneficium ecclesiasticum sive jura erigere,
creare et auctoritate nostra ordinaria generosius confirmare dignemur. Nos igitur, Hieronymus
Episcopus antedictus, qui ad apicem pontificalis dignitatis divina suffragante clementia sumus evecti,
divini cultus augmentum nostris temporibus diligimus et quantum possumus, fovemus et Juvamus, In nos
sufam supplicationem Justam et honorabilem estimamus ipsamque admittendam duximus et admittimus,
census nobis oblatos cum eorum summis capitalibus gratanter in domino acceptamus, Juribus, privilegiis,
immunitatibus et libertatibus ecclesiasticis Insignimus et decoramus literisque bonis ecclesiasticis mune-
ramus, Capelle sive beneficii antedicto ac sui ministri et rectoris competentem sustentatione vnum,
Inferimus appropriamus et Incorporamus Ipsamque capellam sic dotatam in beneficium ecclesiasticum
sive iura sub titulo sue Innovationis corporis domini nostri Jhesu christi erigimus, creamus, decernentes
census ipsos, etiam si In toto vel in parte temporis, successu reempti fuerint alique in eorundem locum
empti, quod tamen absque summe capitalis diminutione fieri volumus ac de scitu et consensu provisorum
dicte cappelle, Etiam si per census futuros melioratio per quoscunque quomodolibet fuerit facta, eccle-
siasticos esse et fieri Jurique et foro ecclesiastico instar aliorum deo dicatorum honorum gaudere et
subjacere, Invasores et distractores eorundem sacrilegos esse utque tales censura ecclesiastica coercentes
et compellendos. Ne autem stipendium, quod laboris gratia assignari consuevit, gratis datum videatur,
statuimus et ordinamus, quod possessor ejusdem capelle pro tempore existens, quem primum venera-
bilem nobis in Christo dilectum fidelem Vicarium nostrum dominum Jacobum Groper esse volumus,
census ipsos in suis solitis terminis percipere, colligere et extorquere Inque suos et dicte capelle vsus
convertere possit et valeat ac propterea pro fundatorum eorumque sequatium et predecessorum suorum-
que parentum, amicorum, fratrum, sororum, benefactorum, viuorum et mortuorum ac omnium aliorum,
qui consilium, auxilium et Juvamen ad hujusmodi fundationem prestiterint, animarum salute et refrigerio
singulis septimanis suo tempore tres missas, unam dominica die de tempore, etiam singulis quintis feriis
cum certis scholasticis sibi per rectorem scholarum prenarrato antedicte veteris Civitatis Brandenbur-
gensis associatis et adjunctis de prelibato vivifico corpore Christi cantabit, pro quo rector ejusdem
capelle pro tempore existens rectori scholarum prenarrato similiter pro tempore existenti unum florenum
annuatim semotis executionibus persolvat, Tertiam vero de Beata virgine Maria aut pro defunctis sin-
gulis Sabatinis diebus peragere et celebrare sit astrictus. Nobis vero et Successoribus nostris pro pro-
curatione simplici de quatuor fructis seu portionibus pro quolibet frusto vndecim denarios monete
currentis dare et satisfacere, in procurationibus vero aliis reliquo clero nostre diocesis se conformare
debeat et teneatur, Volentes etiam in antea dictam capellam sive beneficium nulli nisi honesto pres-
bytero aut illi qui infra annum a tempore vacationis ordinem sacrum presbyterii suscipiet conferri.

Si fecus fuerit factum, Id irritum et inane decernimus per presentes. Jus autem patronatus sive presentandi diete capelle vacationis tempore apud prelibatos viros Proconsoles et Consoles veteris Brandenburgensis Civitatis de vnanimi eorum consensu perpetuis futuris temporibus manere spectare et pertinere volumus; Primariis nihilominus nostris precibus et aliis iuribus nobis in premissis competentibus ac etiam parochialibus In et per omnia semper salvis, premissis omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam et decretum Interponimus per presentes, Nulli igitur homini liceat hanc paginam nostre acceptationis infringere aut ei ausu temerario quovismodo contravenire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum in arce nostra Episc. Ziiezer, Anno domini Millesimo quingentesimo sexto decimo, die Mercurii sexta mensis Novembris, Vicariatus ob muneris nostri sigilli carentiam sub sigillo presentibus in evidens testimonium premissorum subappensi.

Petrus Conradi Notarius ad premissa manupropria.

Nach dem Originale.

DXXII. Notariats-Instrument über das vom Bischof Hieronymus von Brandenburg dem Erzbischof Albrecht zu Magdeburg geleistete Suffragan-Gelöbniß, vom 2. Nov. 1518.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo octauo, Indictione Sexta, die vero Martis, secunda Mensis Nouembris pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidentia pape decimi anno Sexto, In Reuerendissimi et Illustrissimi principis et domini domini Alberti Miseratione diuina tituli Sancti Chrisogoni sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis, sancte Maguntinensis sedis et Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopi sacri Romani Imperii Archicancellarii, Principis Electoris ac primatis, Administratoris halberstadenfis, Marchionis Brandenburgensis, Stettinensis, pomeranie, Cassuborum et Schlauorum ducis Burgrauii Nurenbergensis ac Rugie principis, Meique Notarii publici testimonioque infracriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Reuerendus in christo pater et dominus dominus hieronimus Episcopus Brandenburgensis, prefati Reuerendissimi ac Illustrissimi principis Cardinalis Archiepiscopi Magdeburg etc. Suffraganeus, Principalis principaliter pro se ipso ad requisitionem pro et dicti domini Archiepiscopi nomine prius factam se ad fidelitatis obedientie et reuerentie solitam et consueta promissionem sponsonem atque manualementem ceteraque in et circa huiusmodi fieri obseruari solita atque consueta admittere debitis cum reuerentia et Instantia postulauit. Quam petitionem Reuerendissimus et Illustrissimus princeps et dominus Cardinalis ac Archiepiscopus supradictus Justam atque rationi consonam fore attendens prius consilio et premeditatione cum sue Reuerendissime et Illustrissime paternitatis consiliariis habitis, prenominationum Reuerendum patrem et dominum dominum Jheronimum Episcopum Brandenburgensem Suffraganeum suum ad huiusmodi obedientie ac reuerentie solite et consuete promissionem pollicitationem et manualementem admittendum duxit et admisit. Cui Episcopus Brandenb. principalis et principaliter admissus Omnibus melioribus modo Jure via causa forma et ordine quibus debuit et potuit animo tranquillo ac deliberato huiusmodi fidelitatis obedientie et reuerentie debite realem et effectualementem dedit et fecit prestationem atque manualementem promissionem eandem vice ac loco Juramenti fideliter ac Inuiola-